in eis ſignū: ⁊ mittā ex eis q̄ ſaluati fuerit ad gentes in mare: in africā in lydiam tenentes ſagittā in italiā. ⁊ greciā ad inſulas longe: ad eos q̄ nō audierūt de me ⁊ non viderūt gl'iaz meam. Et annūciabūt gl'am meā gentibus ⁊ adducent oēs fratres vr̄os de cūctis gētibꝰ donū dn̄o in equis ⁊ in q̄drigis et in lecticis ⁊ in mulis et in carrucis. ad montem ſanctuz meū hierl'm dicit dn̄s. quō ſi inferāt filij iſrael munus in vaſe mūdo in domū dn̄i. Et aſſumam ex eis in ſacerdotes et leuitas dicit dn̄s qꝛ ſicut celi noui et terra noua q̄ ego facio ſtare coram me dicit dn̄s deus. ſic ſtabit ſemen veſtrū et nomē veſtrū. Et erit mēſis ex mēſe: et ſabbatū ex ſabbato. Ueniet omīs caro: vt adoret coram facie mea dicit dn̄s. Et egredientꝰ et videbūt cadauera virorū q̄ p̄uaricati ſūt in me. Uermis eoꝝ nō morietꝰ. et ignis eorū non extinguetꝰ. et erūt vſqꝫ ad ſatietatez viſionis omni carni

Explicit Eſaias. Incipit p̄fatio in hieremiam ꝓphetam.

HEc interp̄tatio hieronymi ē. Si quid in ea nouerit ſm hebreos codices exploretꝰ. Alia eſt ſeptuaginta interpretum eccleſijs vſitata. Que q̄uis nōnulla aliter habeat q̄ꝫ i hebreis codicibus inuenitꝰ. Tamē vtraqꝫ. id ē ſm ſeptuaginta. ⁊ ſm hebreā ap'lica autoritate firmata eſt: non errore neqꝫ reprehēſione ſupiori: ſed certo cōſilio ſeptuagīta nonnulli alitꝰ dixiſſe vel contexuiſſe intelligūtꝰ. Quod ideo p̄monemus ne quiſqꝫ alteram ex altera velit emendare. Et ſingulorum in ſuo genere veritas obſeruanda eſt.

Incipit prologus in eundem.

HIeremias ꝓpheta cui hic ꝓlogus ſcribitꝰ ſmone q̄dem apud hebreos eſaie ⁊ oſee ⁊ q̄buſdaz alijs ꝓphetis videtꝰ eſſe ruſtici or ſſenſibꝰ par eſt: q̄ppe q̄ codez ſpū ꝓphetauerit. Porro ſimplicitas eloquij de loco ei in quo natus eſt accidit. Fuit enim anathotides q̄ eſt vſqꝫ hodie vicꝰ tribꝰ ab hieroſolymis diſtās milibꝰ ſacerdos ex ſacerdotibꝰ: ⁊ in mr̄is vtero ſanctificatꝰ v̄ginitate ſua euāgelicū virū xp̄i eccl'ie dedicās. Hic vaticinare exorſus ē puer: ⁊ captiuitatē vrb atqꝫ iudee nō ſolū ſpū: ſed ⁊ ocul' carnis ītuitus eſt. Jam decem tribꝰ iſrl' aſſyrij in medos trāſtulerāt. iā terras eaꝝ coloni gentiū poſſidebāt. Uñ in iuda tm̄ ⁊ in beniamin ꝓphetauit: et ciuitat' ſue ruinas q̄druplici planxit alphabeto: qd̄ nos mēſure metri v̄ſibuſqꝫ reddidimꝰ. Preterea ordinē viſionū q̄ apd̄ grecos ⁊ latinos oīno cōfuſus eſt: ad p̄ſtinā fidē correximꝰ. Librū aūt baruch notarij eiꝰ qui apd̄ hebreos nec legitꝰ nec habetꝰ p̄termiſimꝰ. ꝓ his oībꝰ maledicta ab emul' p̄ſtolātes: q̄bꝰ me neceſſe eſt ꝓ ſingula opuſcula reſpōdere. Et h̄ patior: qꝛ vos cogitis. Ceterū ad cōpēdium mali rectiꝰ fuerat modū furori eoꝝ ſilētio meo ponē: q̄ꝫ q̄tidie noui aliq̄d ſcriptitātē inuidorū inſaniam prouocare.

Item alius ꝓlogus in eundem.

IOachim filiꝰ ioſie: cuiꝰ tertiodecimo anno ꝓphetare orſus eſt hieremias ſub q̄ ⁊ Olda mľier ꝓphetauit ip̄e eſt qui alio noīe appellatꝰ eliachim. ⁊ regnuit ſup tribū iudaꝰ ⁊ hierl'm annis vndeci. Cui ſucceſſit ī regnū filiꝰ ioachim cognomēto iechonias q̄ tertio menſe regni eius die decima captꝰ a ducibus nabuchodonoſor ductꝰ eſt in babylonem ⁊ in loco eius ꝯſtitutus eſt ſedechias filiꝰ ioſie patruus eiꝰ: cuiꝰ anno vndecio hieruſalē capta atqꝫ ſubūſa eſt. Nemo igitꝰ putet eundē in daniel p̄ncipio ioachim q̄ i ezechielis exordio ioachin ſcribitꝰ. Iſte extremam ſyllabā chim habet ille chin: ⁊ ob hāc cauſaz in euāgelio ſm mattheū vna videtꝰ deeſſe generatio. qꝛ ſecūda teſſeredecas i ioachim deſinit filio ioſie. ⁊ tertia īcipit a iochin filio ioachim. Qd̄ ignorans porphyriꝰ calūniam inſtruit eccl'e: ſuam oſtendēs imperitiā dū euāgeliſtam mattheū arguere nititur falſitatis. Quodqꝫ traditū ſcribitꝰ ioachim mōſtrat nō aduerſariorū fortitudinis fuiſſe victoriā. ſed domini voluntatis.

Incipit argumentum in eundem.

HIeremias anathotides. qui eſt viculus tribus a hieroſolymis diſtās milibꝰ. apud taphnas in egypto a p̄p'lo lapidibus obrutus occubit. Jacet v̄o in eo loco ſepultꝰ quo dudū pharao rex habitauerat. Et q̄m poſtulatōe ſua defugat' ab eodē loco ſerpentibus egyptios a tactu aſpidum facit eſſe ſecuros mag̃ eū ibi religione egyptij venerantur.

Explicit argumentum. Incipit hieremias ꝓpheta. Cap'm I

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf